TABERNACVLVM FOEDERIS DISCIPLINARVM

IVRIS CANONICI, ET CIVILIS, ET THEOLOGIÆ
Poſitiuæ, & ſacræ Scripturæ.

DVODECIM TENTORIIS MORE CASTRORVM ISRAELITICORVM.

NVM. CAP. II.

Per gyrum erectis circumdatum.

ILL.MO ET EXCELL.MO PRINCIPI

D. D. MARIO CHISIO
S. ROMANAE ECCLESIAE GENERALI.

SACRATVM.

A. P. F. FRANCISCO A S. AVGVSTINO MACEDO,
Minorita Obſeruante Luſitano Magiſtro Philoſophiæ Conimbric.
& in Collegio de Propaganda Fide Controuerſiarum Lectore.



Digitized by Google

Digitized by Google

ILL.ME ET EXC.ME PRINCEPS.

CVI alij Tabernaculum hoc Fœderis ſacrarum litterarum, militaribus, pro numero Tribuum, cinctum Tentorijs ad ſpeciem Caſtrorum, dedicarem, quàm Tibi Eccleſiæ Armato Propugnatori; qui & circa illam tendis, vt cuſtodias, & in aciem prodis, vt defendas, et omni ex parte munis, vt ſerues, & ſigna in hoſtes inſers, vt propages: tanta magnitudine animi, tanta rei militaris peritia, vt Veterem illum Marium videaris referre, & Alexandrum Magnum, quem Frater Pontifex minorem Maximis virtutibus reddit, bellicis artibus adumbrare? Et vero mihi ſolicito, ne quid à Te Martio Heroe alienum afferrem, litteræ armandæ fuerunt, & ex vmbra in Solem, & puluerem educendæ: vbi militari more pugnarent. Nec, quòd Martis, Tu MARI, in bellica ſcena perſonam geras, me Palladis agentem contemnes, cuius eſt, & caſſide frontem premere, & Aegida inſertare brachio, & haſtam trabalem vibrare, & intorquere. Sacra Tu adminiſtras Arma, & ego ſacra produco; nec ingenia non bellant, quæ acumine valent, & feriunt. Tela cuduntur in mente, cùm argumenta fabricantur, & torquentur in campo, cùm proponuntur. At vt bella fore litteraria iſthæc Bella coniјceres, Caſtra, quod peritiſſimi, teſte Annibale, Ducis eſt, metari conſtitui, ex diuino Num. 2. capite, à Deo tradito inſtituto, fixis Tentorijs, explicatis vexillis, armis propoſitis, promptus, ac in procinctu ſi quis prouocarit. Præceptorem militiæ, & Patronum in acie habere Te volui, vt & præſcripto bellarem, & patrocinio vincerem Tuo. Auſpicia Maximi ALEXANDRI ſunt. Hæc me, quamuis imbellem, ſpei implent, docto in puluere ita rem geſturum, vt neque Te Patrocinij, neque ALEXANDRVM auſpicij pœniteat.

Sic Pater ille Poli faciat: ſic altus IESVS
Incipiat conferre manum.

PRIMVM TENTORIVM
IVDAE
PRO PAPA, ET CONCILIIS.

PAPAM ſupra Concilium eſſe, &[1] in eo authoritatis Arcem Fontemque: vnde Conciliorum deriuetur authoritas, ac extra Concilium definiendi ex cathedra poteſtatem[2] habere, indubitatum volo. Vniuerſali Concilio quanquam ſit[3] legitimè congregatum, niſi à Papa confirmetur, error ſubeſſe poteſt. Particulari à Papa confirmato, veritas non[4] ineſſe non poteſt. Vnde neutrum, nec in doctrina Fidei, nec morum errauit vnquam. Vtrum autem error facti in Concilio Vniuerſali legitimo poſſit[5] contingere? affirmat Bellarminus, & de facto contigiſſe fatetur. Concilio Epheſino, & Conſtantinopolitano ſub Nicolao I. errores[6] ſubrepſerunt, quòd Papa non ſubſcripſit. Arauſicanum ſecundum obtinet infallibilem authoritatem,[7] quòd confirmationem à Papa obtinuit. Senonenſe inter humanam fidem verſatur:[8] vltra iturum, ſi confirmetur. Gene-

1. D.Thom. in 4. d.19. & Bonau. ibi. S. Antonin.3. part. tit.22. c.10. Turrecremat. in ſumm. de Eccleſ. cap.93. & 104. Caiet. tract. de compar. Pap. & Concil. & in Apolog. Azor. inſtit. par.2. lib.6. cap.14. Bellarm. de Concil. lib.2. cap.13.14. & 15.

2. D.Thom. 2.2. quæſt.1. ar.10. Banez ibi. & Thomiſtæ. Suarez lib.4. cap.7. Bellarm. lib.4. cap.2. Azor. lib.5. cap.4. Layman. lib.2. tract.1. cap.6.

3. Caiet. in Apolog. par.2. Turrecrem. lib.3. cap.32.33.33. Bellarm. lib. 2. Concil. c.11. Becan. tom.5. opuſcul. lib.3. Azor.1. part. lib.5. cap.13. & 14.

4. Bellarm. de Concil. lib.2. c.5. Azor. 2. par. lib.5. c.19. Vaſq. 1. pár. diſp.91. cap.11. & 12. Corioſan. in prælud. ad Concil. Canus de locis lib.5. c.5.

5. Bellarm. lib.2. de Concil. & Eccleſ. cap.7. & 8. multis adductis exemplis. & id ſupponit aiens eſſe communem ſententiam Catholicor. li.3. de Rom. Pontif. cap.2.

6. Bellarmin. lib.2. de Concil. cap.11. & Coriolan. de Concil. in Prælud. prælud.6.

7. Vaſq. in 1. par. d.91. cap.11. & 13. Azor. inſtitut.2. part. lib.5. c.19.

8. Vaſquez in 1. part. d.50. c.5. num.38.

rale

PRIMVM TENTORIVM

IVDAE

PRO PAPA, ET CONCILIIS.

rale conuocare legitimum Concilium,[9] & in eo vel per ſe, vel per Legatos præſidere, Paparum & eſt, & fuit. Votum in eo deciſiuum ſoli Epiſcopi habent,[10] inferiores conſultiuum. Authoritas determinandi, à Deo eſt, in Patres,[11] & Pontificem influente. Inſtitutio de Iure Diuino:[12] celebratio de Apoſtolica traditione. Concilia Vniuerſalia hactenus habita[13] Approbata duodeuiginti. Reprobata ſex.[14] Quidquid Hæretici in Approbatis impugnent, tuebimur. Quidquid in Reprobatis excuſent, impugnabimus.

9. Turrecrem.lib.3.c.6.in ſum. Bellarm.lib.1.de Concil.& Eccleſ. capit. 11. Coriolan. præIud.3. Layman.lib.3.n.1. cap.6.

10. S. Cyprian. lib.4. epiſt.9. & Auguſt. epiſt.110. & ex ipſamet formula Conciliorum Azor. 2.par.lib.5. Coriolan. prælud.4. Laym. lib.1. tra.4. cap.6. §.2.

11. Turrecrem. Caiet. Can. Bellarm. Azor Coriolan. citati Alaba tr. de Concil.c.11.

12. Binius. Caietan, Coriolan, Bellarmin. Azor. lib.5.

13. Azor.lib.5.à cap.13. Bellarmin.de Concil.lib.2. Binius. & Coriolanus. Canus. Turrecrem.

14. Iidem adducti num.13.

ISSA-

SECVNDVM TENTORIVM

ISSACHARIS

PRO CONTROVERSIIS CATHOLICAE DOCTRINAE aduerſus Hæreticos.

HÆreticorum nouorum cum veteribus concordia, & inter ſe diſcordia, duo ſunt ab eos refutandos Achillea argumenta. In vtroque verſabimur: Sed primum alijs relinquimus. Secundum nobis vindicamus. Igitur Luthero Zuinglium: Caluino Seruetum:, Oſiandro Sturmiū: Blandratæ Poſtellum: Bezæ Brentium: Boquino Heſhuſium: Secuſio Budneum: Stancaro Muſculum: Coubricio Marloratum; Melancthoni Bucerum: Amſdrophio Illyricum: Franciſco Dauidi Socinum: Iacobello Sternbergium: Carolſtadio Suuenekfeldium: Heſpinæ Piſcatorem: Pappo Volanum: Richerio Vorſtium: Ameſio Amyraldum: *K*imedontio Greuinchouium: Perkinſo Borræum; Oulbræ Pellicanum: Quintino Caſſandrum: *K*emnitio Puccium: Arminio Gommarum opponimus. Quin, & integras Sectas producimus, & Bella ciuilia exprobramus. Lutheranos

Ex Cardinali Hoſio.
Alphonſo Caſtrio.
Feuardentio.
Bellarmino.
Stapletono.
Pighio.
Lindano.
Surio.
Becano.
Coſtero.
Arminio.
Epiſcopio.
Pleſſæo.
Sarſerio.
Vorſtio.
Tookero.

Ex Ioanne Fabro.
Sandero.
Vaſquio.
Gualtero.
Grauina.
Suario.
Perronio.
Coquæo.
Gretſero.
Kimedontio.
Ameſio.
Amyraldo.
Marco Antonio de Domin.
Paræo.
Matthia Hoe.
Muſculo.

cum

Digitized by Google

SECVNDVM TENTORIVM

ISSACHARIS

PRO CONTROVERSIIS CATHOLICAE DOCTRINAE aduerſus Hæreticos.

cum Caluinianis: imo, & Lutheranos inter ſe committimus. Molles cum Rigidis: Caluinianos Iacobinos cum Cauſarijs: Proteſtantes cum Puritanis: Ægidianos cum Anabaptiſtis: Oſiandrinos cum Antioſiandrinis: Recalcitrantes cum Anonymis: Eiulantes cum Enthuſiaſtis: Martyrianos cum Vbiquetarijs: Müzerianos cum Ochinianis: Venatorianos cum Bertianis: Remonſtrantes cum Contraremõſtrantibus mutuis ſe conficere vulneribus videat ſpectator. At omnes Pontificij, & Eccleſiæ Romanæ contradicunt? Et hic Achilles noſter eſt: quòd apud eos *huic Eccleſiæ vbique contradicitur*. Apud nos eſt Chriſtus: *ſignum cui contradicetur*.

Cochlæo.
Bzouio.
Contzenio.
Auberto Miræo.
Brigerò.
Reginaldo.
Witakero.
Hunnio.
Gardio.
Hadbrunero.
Gerardo Voſſio.

Campiano.
Richardo Briſt.
Petr. Opmeero.
Samuele Mareſio.
Thomſonio.
Burhillo.
Bredenbachio.
Heiſſio.
Piſtorio.
Scribanio.
Killero.

Digitized by Google

TERTIVM TENTORIVM

ZABVLON

PRO IVRE CIVILI.

TEſtamenti factio de iure [1] Gentium eſt. Solemnitates de Ciuili Hinc eſt vt [2] Teſtamentum inter Liberos ſolemnitatum non egeat. Filiofamilias, dum eſt in patria poteſtate, ne de bonis quidem [3] aduentitijs teſtari licet, & ſi de caſtrenſibus liceat. Filio ſpurio competit factio [4] teſtamenti, ſed non acceptio ex teſtamento. Adeo neceſſaria eſt hæredis inſtitutio in teſtamento, vt [5] niſi inſtituatur, vel exhæredetur filius minime valeat. De teſtamento in quo Pater, dicat ſe relinquere Filio [6] centum pro legitima, vel pro falcidia; & filiæ pro dote, non expreſſo titulo inſtitutionis: an teneat? ambigitur. Me Iudice tenet. Cauſa legitima exhæredationis inſerta teſtamento, & ſi ab hærede non probetur, valet teſtamentum, [7] ſed dat locum querelæ, quæ tantum durat in quinquennium: cum tamen ius dicendi teſtamentum nullum ſpatio [8] triginta annorum duret. Cum præ-

1\. Bartol. in l. interdum num. 7. ff. de condit. indeb. Iaſon. in repet. l. admonendi, poſt n. 184. §. ſubdit tamen. ff. de iur. iur. Ioann. Annibal. in repet. l. nemo pot. ff. de leg. 1. n. 189. Iul. Clar. in practic. lib. 3. quæſt. 2. Hippol. Rim. in princ. de donat. n. 184.

2\. L. Hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtamen. Bartol. ibid. in fin. Ieſon. in authent. nouiſſima num. 16. C. de inofficioſ. teſtament. Curt. iun. in dub. in §. ex imperfecto. Natta num. 107. Gloſſ. vnic. in authen. quod ſine. C. de teſtam. Molin. de iuſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 127. Anton. Gom. ad l. 3. Taur.

3\. Imola in l. ſi cum filius §. Titio decem. col. final. ff. de donat. Iul. Clar. in prax lib. 3. quæſt. 18. l. final. C. de inoff. teſtam.

4\. Iul. Clar. lib. 3. quæſt. 31. authent. licet. C. de nat. liber. Bart. in l. final. num. 8. ff. de his quibus. vt indignis. Alexand. conſ. 74. num. 6. lib. 3.

5\. §. Hæredis autem. inſt. de legatis. l. quoties. §. hæres. ff. de hæred. inſtit. Pariſ. conſil. 3. nu. 12. & 13. lib. 3. Guil. de Bened. 2. p. repit. c. Raynutius.

6\. Bart. in authen. vnde ſi parens. num. 2. Cod. de inoff. teſtam. Alexand. l. humanitas. num. 4. & conſ. 54. & alij affirm. negat Salyc. in d. auth. Ioann. Dilect. de arte teſtandi lib. 3. cont. 1. Iulius Clar. lib. 3. pract. q. 38.

7\. Cur. iun. auth. ex cauſa, poſt num. 42. Imol. in l. 1. num. 6. ff. de teſtam. Corn. conſ. 158 lib. 3. & 225. lib. eodem. Alexand. Iaſon. in dict. authent. Gloſ. in l. 1. ff. de teſtam.

8\. Iul. Clar. in pract. lib. 3. q. 40. qui ait id eſſe in vet. iuſtiſſimum.

Digitized by Google

ZABVLON

P R O Q V A V R E C A V I L I.

præteritione filij [9] teſtamentum non poteſt etiam de prætorio iure conſiſtere. Si filius præteritus eſt in poteſtate patris, ſiue inſerta cauſa, [10] ſiue non, annullatur ipſo iure teſtamentum. Si eſt emancipatus [11] non expreſſa cauſa nullum eſt. Expreſſa valet, ſed poteſt per poſſeſſionem bonorum contra tabulas [12] impugnari. Teſtamentum tempore peſtis non indiget numero iuſto [13] ſeptem teſtium, vt validum ſit. Tam eſt de conditione teſtamenti vt ſit vltima voluntas, vt primum etiã iuratum [14] per ſecundum reuocetur. Vtrum autem in eo committatur [15] periurium? omnino negandum.

9. L. inter cætera. ff. de lib. & poſth. Perc. inſt. de exhæred. liber. in princ. num. 3.

10. Gloſſ. §. exhæredatos, verbo voluit. authent. de hæred. & falcid. Curt. iun. authent. ex cauſa num. 37. & in authen. non licet. num. 14. Cod. de liber. præter. Iul. Clar. lib. 3. q. 42.

11. Iaſon. lib. 3. §. final. poſt nu. 12. verſ. 2. limit. ff. de lib. & poſth. Alexan. ibi. n. 1. lib. 2. Crot. in repet. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & Authores in l. ſicut certi. n. 14.

12. Decius in l. ſicut certi. n. 17. C. de teſtam. milit. Rim. ib. Alexan. ib. num. 14. & conſil. 161. Iul. Clar. lib. 3. q. 42.

13. Bald. in l. final. num. 1. in fin. C. de teſtam. & communem dicit Decius conſil. 286. Pariſ. conſ. 32. & 33.

14. Paul. de Caſtr. conſil. 339. Maguer. in leg. nemo poteſt mutare col. 25. & 26. ff. de regul. iur. Cotta in l. teſtatorem inducere col. 1. eſt quæ doctrina Vlpiani lib. 4. ff. de admin. leg. habetur. c. cum Martha. de celebratio Miſſ. Iul. Clar. lib. 3. ſentent. q. 94.

15. Bartol. l. ſi quis in princip. num. 14. ff. de legat. Alexan. l. ſtipulatio col. 2. & communem dicit Anton. Gomez ad l. 3. Tauri num. 93. Facus Monſtr. iun. conſ. de primog. 141. 2. num. 4.

Digitized by Google

QVARTVM TENTORIVM
RVBEN
PRO VARE ITEM CAVIDIA

DOnatio facta à morituro citra[1] mentionem mortis fit donatio inter viuos. Non licet Filiofamilias donare alteri cauſa mortis ſine expreſſo Patris[2] conſenſu; eo interueniente licet. Neutra donatio ſiue inter[3] viuos, ſiue cauſa mortis, inter coniuges valet, niſi iuramento firmetur. Emphyteuta ceſſans in ſolutione Canonis per triennium[4] cadit ab emphyteuſi, nec eſt expectanda Iudicis ſententia,[5] ſed declaratio domini directi. Non poteſt hic tamen ingredi[6] propria authoritate rem Emphyteuticam emphiteuta reſiſtente; ſed Iudex adhibendus. Alienans rem emphyteuticam[7] non incurrit caducitatem niſi ſequatur traditio. Feudum contra Dominum præſcribi nequit minore quàm[8] annorum centum ſpatio. Vaſſallo ex quacumque cauſa priuato feudo, ſi iſtud[9] eſt nouum, Domino aperitur. *Si* antiquum, omnino[10] Agnatis aperitur. Bonæ fidei poſſeſſor poſt legi-

1. Ripa tract. de peſt. in priuil. contr. poſt num. 175. iuxta l. Scia. §. finali. ff. de donat. cauſ. mort. Decius in l. finali num. 19. Cod. de pactis. Iul. Clar. lib. ſentent. 4. q. 4.

2. l. qui in poteſtate in princ. verb. nihilo magis. ff. de teſtamen. Gloſſ. ibid. Socinus conſil. 12. num. 7. Rubeus conſil. 49. num. 5. & con. 127 num. 8.

3. Imol. c. cum contingat. num. 85. de iure iur. Alexan. conſ. 8. num. 3. lib. 2. Aretin. conſil. 74. Crauet. conſil. 81. & 229. Duenas regul. 219. Ripa lib. 3. reſponſ. cap. 4. & 6. & 17.

4. Anton. de Butr. in c. potuit. relat. ab ſalo ce. Rum. conſil. 153. Corn. conſil. 165. Alexand. conſil. 6. poſt num. 15. lib. 3. Decius conſil. 146. n. 7. Cæpolla conſil. 25. num. 3. & 6.

5. Decius conſil. 146. num. 7. in fin. Roland. conſ. 81. n. 7. volum. 3. Corn. conſil. 165. lit. X. lib. 2. Iul. Clar. in ſent. pract. lib. 4. q. 21.

6. Alber. lib. 2. col. 3. verſic. ex hoc oritur, ſeruat Parlamen. Delphin. teſte Guido Papa deciſ. 107. num. 1. Iul. Clar. ſenten. lib. 4. q. 21.

7. Specul. titul. de emphyt. §. nunc aliqua. Alexand. in l. ſi à me, poſt num. 4. verſic. ſecundo limitari. ff. ad l. falcidiam. Tiraquel. de retract. municip. §. 1. in gloſſ. 2. num. 43.

8. Text. in c. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Frider. ibid. Iſernia. Curt. iun. de feud. in 4. par. in vlt. cauſ. amiſſ. feud. col. 1. verſ. 1. ergo. Pariſ. conſ. 15. num. 13. & conſ. 27. num. 91. lib. 1.

9. Gloſſ. in cap. 1. §. Hoc quoque. de ſucceſſ. feud. Curt. iun. 5. part. 3. concluſ. Iul. Clar. lib. 4. ſentent. §. Feudum q. 66.

10. Ruin. conſil. 2. poſt num. 2. Alexand. conſil. 30. num. 17. Socin. iun. conſ. 112. num. 2. lib. 2. Iul. Clar. lib. 4. ſentent. §. Feudum q. 66.

timi

QVARTVM TENTORIVM
RVBEN
PRO IVRE ITEM CIVILI.

timi [11] temporis decurſum plenum rei dominium etiam in foro conſcientiæ acquirit, eſto rei Dominus priſtinus ob inuincibilem ignorantiam rem ſuam non repetiuerit. Ad inchoandam præſcriptionem bona prorſus fides requiritur, ad continuandam [12] ſatis eſt neſcire alienam eſſe, licet aliquis dubitet an ſua ſit, Particularis bonæ fidei ſucceſſor anteceſſoris malæ fidei poteſt præſcribere iuſto tempore. [13] ſed excluſo eo quo Anteceſſor poſſedit. *Si autem ſit* Succeſſor [14] vniuerſalis, nullo tempore poteſt præſcribere.

11. L.3. & 23. ff. de vſucap. l.ſi quis emptoris. Cod.de præſcript. 30. vel 40.annorum. Couarr.reg.Poſſeſſor.par.3. §.3.Sylueſt, verb.præſcriptio. 1.quæſt.13. Fachin.lib.1 contr.iur.c.64. Abb. c.vigilanti. num.9. de præſcript. cum gloſſ. ib. verb.nouerit.

12. Gloſſ. recepta in cap.vltim. verſ.nulla temporis.de præſcript. Abbas ib. Medin. C. de reſtit.q.17. Couar.par.2. regul.poſſeſſor. §.7. num.5. Nauar. c. ſi quis autem. numer.89.d.7.de pœnit.

13. L.vitium. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. & §.inter venditorem. inſtit. de vſucap. iuniſt gloſſ. ibidem Molin. de iuſt. d.65. & Couar.par.2.§.9. Layman.lib.3 tr.1.cap.8.num.18.

14. §. Diutinæ, inſtit.de vſucap. l. ſi mala fide. C.communia de vſucap. Ex l. cum hæres, ff.de diuerſis,& temporalib. præſcript. Couar.par.2.§.9. Molin.d.65.

QVINTVM TENTORIVM.

SIMEON

PRO IVRE CANONICO.

IVſpatronatus Laici longe[1] fortius eſt Eccleſiaſtico: nec ei niſi per expreſſam mentionem derogatur. Secus Eccleſiaſtico. Competit[2] tum viro, tum fœminæ. Annexum tamen bonis dotalibus tranſit[3] ad maritum. Aliter in vxore remanet. Per accidens vendi[4] poteſt, per ſe non poteſt. Quod non eſt ex priuilegio, aut conſuetudine[5] Papales reſeruationes excludit. Beneficiati omnium[6] fructuum domini ſunt. Vtrum autem de ſuperfluis teneantur ex iuſtitia[7] in pios vſus erogare? ventilabitur. Immunitas Eccleſiaſtica[8] iuri diuino aſſignanda. Clerici tam in cauſis criminalibus[9] quàm in ciuilibus gaudent exemptione. Vnde is qui ante ſumptos[10] Ordines deliquit, niſi dolo ſe ſubducat, non poteſt à Iudice laico iudicari. Priuilegium fori Eccleſiaſticos[11] liberat à tributis. Rectè pretium Simoniæ in munus à manu, munus à lingua, munus ab obſequio diuiditur: ſicuti

1. Gloſſ. in Clementin. 2. verb. Apoſtolicis de præbend. Couarr. cap. 36. practic. quæſt. numer. 7. Ioann. Siaphil. de grat. expect. tit. de mod. & for. prouid. Garcia part. 3. cap. 1. num. 575.

2. c. vltimo de conceſſ. præbend. c Frigentius. ibi qu. 7. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 21. & Garc. part. 5. cap. 9. Layman. lib. 4. t. 2. cap. 13.

3. Garc. de benef. par. 5. cap. 9. num. 177.

4. c. de iure. eodem tit. Bonauent. in 4. d. 25. ar. 1. quæſt 3. Palud. ibid. qu. 5. art. 2. Binſfeldius tit de ſimon. cap. 15. concl. 3. Suar. tom. 2. d. 260. num. 6. Layman. tract. 2. lib. 4. cap. 13.

5. Aene. de ſalconib. quæſt. 4. effect. 14. Couar. in practic. quæſt. cap 36. num. 2. Rocc. Curt. de iurepatronat. verb. competens. quæſt. 24. n. 36. Garc. par. 11. cap. 1. nu. 571. Laym. lib. 2. tr. 2. cap. 11.

6. D. Thom. 2. 2. qu. 185. ar. 7. Crau. ibid. Gabr. in 4. d. 15. quæſt. 8. art. 2. concl. 4. Sot. lib. 10. de iuſt. quæſt. 4. art. 3. Nauar. tract. de redit. Eccleſiaſt. quæſt. 1. mon. 26. 43. & 44. Sarmient. de redit. Eccl. par. 1. c. 6.

7. Negant Adrian. in 4. de reſt. §. Pro clariore intellig. Sarmien. part. 4. cap. 6. Couarr. c. cum in officijs. de teſtam. Affirmant Nauar. Apologia. de Eccleſiaſt. redit. quæſt. 1. mon. 20. & quæſt. 2. num. 7. & Vaſquez tractat. de redit. Eccleſ. cap. 1. §. 2. numer. 24. Dried. lib. 2. de liber. Chriſt. cap. 4.

8. Gratian. cauſa 11. quæſt. 1. & ex Concil. Matiſcon. 2. c. 10. & lib. 2. Decretal. tit. de iudic. c. At ſi Clerico. c. qualiter, & quando. Conſtant. apud Ruffin. lib. 10. alias 10. hiſtor. cap. 2. D. Thom. 2. 2. quæſt. 99. art. 3. Hieron. Alban. de Immunit. Eccleſiaſt. num. 65. Laym. lib. 4. tract. 9. cap. 345.

9. c. nullus Clericus. c. multos Epiſcopus. c placuit. 1. & 2. cauſa 11 quæſt. 1. cap. 2. Auten. ſtatuimus. C. de Epiſc. & Cler. Abbas. c. qualiter. de iud. num. 8.

10. Abb. c. de obligatis ad ratiocin. Couarr. in pract. quæſt. cap. 32. numer. 4. Nauarr. in com. 2. de regul. num. 60. Farinac. in pract. crimin. tit. de inquiſit. quæſt. 8. num. 107. Gutier. l. 1. pract. c. quæſt. 5. Suarez lib. 4. Defenſ. cap. 15. num. 16. Laym. lib. 4. tract. 9. cap. 4.

11. Gutier. lib. 1. pract. quæſt. 7. Couar. in pract. quæſt. c. 31. Suar. in defenſ. fid. lib. 4. c. 47.

QVINTVM TENTORIVM

SIMEON

PRO IVRE CANONICO.

etiam Simonia [12] in mentalem, conuentionalem, & realem ſecatur. Licet ei, qui in beneficio ius acquiſiuit pro auertenda iniuria [13] impedienti pecuniam dare: non licet autem, ei qui ius acquiſitum non habet, niſi impedimentum ſit per accidens, & remotum, [14] tunc enim licitum erit vexationem redimere. Pactio quæ fit circa ſpiritualia, ſiue annexa per ſe ſpiritualibus [15] ſimoniaca eſt. Non tamen propter eam pœna Eccleſiaſtica [16] incurritur, niſi re, ac traditione completa ſit.

12. D. Thom. 2. 2. quæſt. 100. a. 5. Victor. releſt. de Simon. Caietan. verb. Simonia. Nauar. cap. 23. in Manual. Suarez de Simonia cap. 38. Leſſ. lib. 2. cap. 20. dub. 6. num. 64.

13. D. Thom. in 4. d. 25. Abb. in c. cum pridem. num. 9. de pactis. Nauar. cap. 23. nu. 101. Suar. de ſimon. c. 50. argum. c. quæſitum, iuncta gloſ. cauſ. 1. q. 3.

14. Vgolinus tab. 1. de ſimon. cap. 9. §. 8. num. 3. Suar. c. 50. num. 23. Sotus lib. 9. quæſt. 6 art. 1. Leſſ. dub. 28. nu. 100. Nauarr. lib. 5. conſ. 41. nu. 2. de ſimon. edit. 2. ex c. Matthæus de ſimonia.

15. c. cum pridem. c. vltimo de pactis. c. ex parte de offic. religioſi. Nauar. cap. 23. nu. 100. Suar. c. 32. Binsfeld in rubr. l. de ſimon.

16. Vgolin. de ſimon. tab. 3. Couarr. regul. peccatum par. 2. §. 8. num. 7. Nauarr. lib. 2. de reſt. cap. 2. num. 428. Binſfeld. in rubr. de ſimon. not. 25. obſeruat. 3.

SEXTVM

Digitized by Google

SEXTVM TENTORIVM.

G A D

PRO IVRE ITEM CANONICO.

CLauium nomine omnigena [1] ſpiritualis poteſtas ad regendam Eccleſiam intelligitur. Illæ hoc ſenſu datæ à Chriſto ſoli Petro, vti Capitis, & Principis [2] Eccleſiæ perſonam gerenti; Vt ad Pontifices Romanos ſucceſſores trãſirent. Ea poteſtas, vti temporalem, & politicam [3] directè non includit, ita nec excludit: atque adeò cum ea non pugnat dominium ſæculare; quod iam ab heroicis Syluestri temporibus ad noſtra vſque per manus Romanorum Pontificum [4] traditum iuſtè emanauit. Quidquid extra rationem capitis Petro vni in Eccleſiam licuit, id omne Apoſtolis [5] æquè licuiſſe conſtat. Omnis tamen ea poteſtas delegata in Apoſtolis,[6] in Petro ordinaria fuit. Cardinales in Leuitis adumbrati: in Apoſtolis Chriſto aſſidentibus expreſſi: ab eoque [7] inſtituti: & à Cleto Papa [8] introducti. Nec Cardinales niſi à Romano Pontifice [9] creari: nec Pontifex [10] niſi à Cardinali-

1. Primaſius in Apocal. lib. 3. c. 10. D. Thom. opuſ. 20. lib. 3 c. 10. Aegyd. de poteſt. Eccl. p. 1. cap. 4. Henric. in quodl. q. 11. Hoſtienſ. c. per venerabilem qui filij legitimi Turrecrem. diſt. 96. c. cum ad verum. Poggius lib. de poteſt. Pap. Bellarm. de Rom. Pont. Bzouius de Rom. Pont. ca. 6. Boucr. in conſult. orthodox. p. 2. torquet. 5.

2. Patres pene omnes citati in noſtr. Teſſera Pontif. præſertim Auguſt. in Ioan. tr. 30 & Pſal. 118. & lib. de Agone Chriſtian. Leo Papa ad Epiſcop. Viennenſ. & ſerm. 3. in die aſſumption. ſuæ. Beda homil. de Feſto Apoſtol. Bernard. in lib. de conſecrat. ad Eugen. habetur 24. q. 3. c. legat. & d. 19. c. ita Dominus.

3. Turrecr. lib. 2. ſum. cap. 212. Caiet. in Apolog. ca. 13. Victoria q. 2. de poteſt. Eccleſ. Soto in 4. c. 25. q. 2. Sander. lib. 2. c. 4. Bellarm. de Rom. Pontif. lib. 5. cap. 1. Bzouius à c. 41.

4. D. Thom. opuſc. de Regim. Princip. lib. 3. cap. 13. 14. 16. Gratian. d. 99. canon. conſtan.. vbi Canoniſtæ. Bozzius de tempor. monarch. Eccleſ. lib. 1. & 7. Bzouius de Roman. Pont. multis locis. Bellarm. de translat. Imper. lib. 1. cap. 3.

5. Victor. relect. 1. de poteſtat. Eccleſ. q. 2. Alphonſ. à Caſtr. lib. 2. cap. 94. de iuſt. hæret. punit. Bellarm. de Roman. Pontif. lib. 4. c. 23. Sot. in 4. d. 20. Azor lib. 4. c. 11. Barboſ. de poteſt. Epiſc. tit. 1. c. 1.

6. Bellarm. de Rom. Pont. lib. 4. ca. 38. Azor. inſtit. p. 2. lib. 4. c. 21. Caiet. de author. Papæ & Concil. cap. 1. & 3. Suar. in defenſ. Fid. lib. 3. Turrecr. lib. 2. ſumm. Laym. lib. 1. tr. 4. §. 1.

7. Innocent. 3. c. per venerabilem. S. Antonin. 3. p. tit. 21. c. 1. & 2. Card. Alban. lib. de Cardin. q. 5. Turrecr. in ſum. lib. 1. ca. 80. & 83. Auguſtin. Triumph. de poteſt. Eccleſ. quæ. 102. Martin. Laudenſ. tract. de Cardinal. par. 1. q. 34 & par. 2. qu. 7. & 11. Barbat. tract. de Cardinal. præſtant. qu. 2. Hieron. Plati. lib. de Cardinal. dignitat. & officio cap. 2. & 3.

8. Ex Anaſtaſio Bibliothecario affirmat Onuphrius Panuinius lib. de vit. Cardin. Probat Plat. de Cardinal. dignit. & offic. c. 2. Bellarm. ad tempora Apoſtolorum ex parte refert. lib. 1. de Clericis c. 16. Ioan. Garc. Galler. lib. de nobilit. Henriq. de Sacram. ordin. lib. 10. c. 27.

9. Gloſ. in Clement. ne Romani v. poteſtatis, de elect. Alex. in c. nullus 8. 79. Io. Andr. & Abb. in c. ſanè de conuer. coniug. Io. Monach. c. ſuper eo, de hæret. in 6.

10. Ex c. licet. ext. de electione c. vbi periculum de elect. in 6. Clementin. ne Romani. de elect. Azor par. 2. lib. 4. ca. 2. Hieron Plat. de Cardin. dignit. & offic. c. 5. Bellarm. lib. 1. de Cleric. c. 10. & 11.

nalibus

MG A D

PRO IVRE ITEM CANONICO.

nalibus deſignari poteſt. Officium [11] Cardinalis eſt aſſiſtere [12] Romano Pontifici, vt Apoſtoli Chriſto aderant in miniſterijs. Eos merito Seniores populi, Iudices Orbis, Papæ [13] Coadiutores, & Collaterales Sanctus Bernardus appellat. Cardinali Epiſcopo [14] de reditibus Eccleſiæ teſtari eo ipſo conceditus. [15] Epiſcopi ſucceſſores Apoſtolorum [16] ſic ſunt, vt non ſint Apoſtolatus. Itaque eorum ad regendas Eccleſias iuriſdictio nō eſt immediate à Chriſto, [17] ſed à Papa. Vnde poteſtas Pontificia à nemine, Epiſcopalis à Pontifice, [18] & minui, & augeri, & mutari poteſt: quemadmodum nemo à Papa; [19] non nemo ad Papam ab Epiſcopo appellare poteſt. Capitulum Sede vacante ſuccedit in omnibus, quæ ſunt iuriſdictionis [20] ſpiritualis, niſi in caſibus iure exceptis.

11\. Auguſt. Anconit. de poteſt. Eccleſ. q.102. Sylueſt. & Tabien. v. Cardinalis. Henriq. de Sacram. Ord. lib.10. c.28.

12\. Bacon. in 4. qu.10. prol. a.4. Turrecr. 1. ſum. Eccleſ. a.1.8. Auguſt. Anconit. de poteſt. Eccleſ. qu.102. Aluar. Pelag. dialog. de planct. Eccl. a.16.

13\. D. Bernard. lib.4. de conſid. Henriq. lib.10. c.27.

14. & 15. Felin in c. his quæ. de maior. & obed. in 6. Azor p.2. lib.6 c.25. Henriq. lib.10. cap.27. quoad Beneficia. quoad teſtamentum, ita affirmat Henriq. expr. cap.27. n.5.

16\. Valentia tom.4. d.7. qu.10. par.2. Suar. d.25. ſect.1. Couarr. regul. peccatum. Barboſ. de poteſt. Epiſc. tit.1. c.1 Bellarm. de Rom. Pont. lib.4. c.28. & 25.

17\. Bellarmin. lib.4. de Roman. Pont. c.24. & 25. Azor p.2. inſtit. lib.3. ca.32. Barboſ. de poteſt. Epiſc. tract.1. Valent. tom.4. d.7. q.10. p.2.

18\. D. Thom. 2.2. q.1. ar.10. & in c.12. epiſt.1. ad Corinth. & Scholaſt. in 4. d.8. 20. & 24. Caiet. de authoritat. Pap. & Conc. cap.3. Sot. in 4. d.20. Bellarm. lib.4. cap.24. Suarez d.25. de pœnit. Azor. lib.3. cap.30.

19\. Palud. tract. de Eccl. poteſt. & Heruæus opuſ. de poteſt. Pap. Authores in c. nouit d.28. & in c. translato de conſtit. Azor lib.3. c.30. Becan. tr.5. opuſc. c.2.

20\. Federic. conſ.30. Io. Andr. c. olim. de maior. & obed. Rebuff. in prax. benef. part.1. tit. de deuolut. num.58. conuenit cum doctr. cap. ſi Epiſcopus, & cap. Eccleſia de ſuppl. negl. prælat. in 6.

SEPTI-

SEPTIMVM TENTORIVM.

EPHRAIM

VETERIS TESTAMENTI.

PRO SACRA SCRIPTVRA EX PENTATEVCHO.

AVthorem Pentateuchi (præter vltimum Deuteronomij caput, in quo mors eius à Ioſue narratur.) fuiſſe Moyſen [1] quingentis ante Homerum annis compertum eſt. Molitionem Orbis ſex dies tenuiſſe temporis in complexu æternitatis [2] Auguſtinus acutè vidit, & aptè omnia ſimul creata pronunciauit, & profundè in ea cognitionem matutinam Angelorum, [3] & Veſpertinā inſpexit. Paradiſus terreſtris, & olim [4] fuit, & nunc manet, nec euerſus eſt per diluuium. Arca Noë centum opus annorum fuit: Tabernaculo, [5] & Templo Salomonis mirabilius. Sem minorem eſſe Iaphet [6] affirmem. Generationem [7] Cainan cum Euangeliſta Luca admitto. Abrahamum bis à Meſopotamia in Chanaan veniſſe ad conciliandos diuerſos [8] Scripturæ locos omnino neceſſe eſt. Benedictio illa Iacob ad Iudam: *Non auferetur Sceptrum de Iuda, nec Dux de femore eius*: verum

1. Euſeb. lib. de præpar. Euang. 7. Theodor. qu. 1. in Geneſ. Lyra in Geneſ. Toſtat. Beda. Pereyr. in præfat. Bellarmin. de Script. Eccleſiaſt. Sixt Senenſ. Caiet. Lippom. Salian. eſt communis. Ioſeph. lib. 1. cont. Appianum.

2. D. Auguſt. lib. 4. de Geneſ. ad litter. cap. 21. & ſeq. Philo. Iudæus lib. de Allegor. Procop. in Geneſ. Caietan. in 1. Geneſ. & probat D. Thom. de potent. q. 4. ar. 2. nec improbat. 1. p. q. 74. art. 2. vide Magiſt. ſentent. in 2. d. 12. & 15. ibi Scholaſt.

3. D. Auguſt. lib. 4. de Geneſ. ad litter. cap. 22. & 31. & lib. 11. de ciuit. cap. 7. & 29. & ſæpe. D. Thom. 1. p. q. 58. art. 6. & 7. & 62. ar. 1. & ibi Caiet. & Banez. & Molin. & Valent. q. 8. p. 3.

4. Iuſtin. Mart. in reſp. quæſt. orthodox. q. 35. 76 & 85. Irenæus. lib. 5. aduerſ. hæreſ. Tertul. in Apologet. & extr. lib. de Anima. Iſidor. lib. de obit. Patriarch. Aug. lib. 2. contr. Pelag. & Celeſt. ca. 23. & D. Thom. 1. p. q. 102. ar. 1. & 2. 2. q. 64. & 3. p. q. 49. ar. 2. & Mag. ſentent. in 2. d. 17. & Scholaſt.

5. D. Aug. lib. 15. de ciuit. c. vlt. Origen. lib. 4. contr. Celſ. Gregor. hom. 15. in Ezechiel. Rupert. lib. 4. in Geneſ. c. 20 Pereyr. in præfat. ad 6. caput Geneſ.

6. Hebrei apud Pereyram in Geneſ. d. 13. & Salian. & Torniell.

7. D. Auguſt. lib. 16. de ciuitat. c. 10. Euſeb. in exord. cron. Beda in Acta Apoſt. in præfat. Lippoman. in Caten. in Geneſ. cap. 11. Canus lib. de locis Theolog. c. 18. Tolet. in Luc. Barrad. in concord. & Cornel. à Lapide in c. 3. Luc.

